



Ego vero non possum hanc sententiam probare in neutro foro, imo teneo, & semper consuli contrarium, inique: El dueño del trigo no pueda llevar estos portes...

Primo, ex legibus Regis: Quis prohiben generalmente llevar mas del precio de la tasfa Real por cada fanega de pan...

Lo segundo, y peremptorio, porque no tenemos otra ley que permita a los dueños del pan llevar portes por ello quando lo venden...

Mas quando los dueños del pan no lo embian a vender a otra parte, sino que lo traen a sus casas, y lo encierran...

Bien es verdad, que así los tragineros que compran para llevarlo a vender a otras partes, como los dueños de ello...

SUMMARIA.

- 1. Judices Conseruatores & Apostolicis concessi religiosis, et possint iure debitorum eorundem ex causa civilis compellere...

QVAESTIO LXIIL.

In l. 1. & 2. titul. 8. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ.

QVæstio nona per totam, lib. 3. practica. questionum. Late examinamus, An iudices Conseruatores & Apostolicis a Sede Apostolica religiosis concessi possint iure debitorum eorundem ex causa civilis compellere...

Reuerendus & per quam doctus Pater Emanuel Roderic. in 1. tom. questionum regular. quæst. 65. art. 12. totum eum, & longum articulum contra nostram præfatam sententiam ex professo constituit, & consumit...

manifestis, & notis in iudicis, atque violentiis, de quibus nos tantum loquuti sumus, ubi supra, sed etiam in aliis pluribus nos carpit, & morietur, non ea profecto, qua deuit vii religioſum virum modestia, nec cautela...

Et imprimis Pater hic miratur, quod ego reprehenderim Didacum Perez pro sua parte affirmatiua cum Guidone adduxisse Alciat. cum Alciatus (vt per me) teneat contra Guidonem...

Sed cum incivile sit ad modum, inadiutare, vel respondere de re aliqua, nisi tota lege perspecta, vna aliqua eius particula præcipue proposita in viro graui, & religioso...

Et vt, quod dico, plusquam evidens omnibus fiat, obferuet lector, quod Alciat. ubi supra num. 2. ubi prædicta verba profert, non ea ex le dice, sed refert esse Guidonis, vt constat ex eodem Aleiatio, dum citat Guidonem...

Deinde ait idem Pater, quod responſionem meam ad d. cap. quintum, de reformatione sessionum, 14. sacri Concilii Tridentini, assignatam, veram esse, sed diminutam, quia non solum in dicto Concilio conuentione regularium remanent in dispositione iuris communis...

Ad idem Pater, quod debui in memoriam reducere doctrinam Nauarræ in manual. cap. 27. numero 125. ubi inquit, quod hodie communiter dicitur conseruatoria cum clausula, vt possint iudices Conseruatores cognoscere de his, que altiore requirunt indaginem...

numero 125. ubi inquit, quod hodie communiter dicitur conseruatoria cum clausula, vt possint iudices Conseruatores cognoscere de his, que altiore requirunt indaginem...

Vterius idem auctor censet, quod me videri allucinari, cum tantum velim accipere nomen, iustitiam, specialiter & stricte, prout considerat eam Vlpianus in l. 1. ff. de iniuriis...

Sed ab hac impositione liber sum, t. m. quia loquitur in prædictis Præter Emanuel contra decisionem Sedis Apostolicæ in dicto cap. primo, & in dicto cap. final. de officio Delegat. libro sexto...

terminos dictorum iurium: tum etiam, quia quando damna illata transeunt in speciale nomen iniuriz, prout est, quando notorie cum culpa inferuntur animo contumeliam faciendi, bene comprehenduntur sub dispositione dictorum iurium: Ceterum quando aliquid simpliciter non iure fit, & sic de significatione generali iniuriz, prout contingit quando debitor ex causa civili solvete non vult, quod possint tunc iudices Conservatores, qui limitatam facultatem habent, de hoc cognoscere, durum quidem, & contra ius Pontificium est, de quo in dictis i. i. i. b. i. s. Quamvis igitur hoc nomen, *Iniuria*, duplicem habeat significationem, vnam contumeliaz, altera damni culpa dati, hoc est, quod non iure fit: illa lamem specialis est, quæ contumeliam significat, & de ea proprie loquitur *de. i. & de. i. cap. fin. de officio Delegat. libr. 6.* vt constat ex nomine violentiz, consequente statim post nomen iniuriz, quod videtur precedens declarare: Qui igitur sequitur est decisionem Summi Pontificis, immerito allucinari dicitur, nec minus doctus in hoc loqui videtur, quam in ceteris, qui opinionem, & intellectum doctissimi, & acutissimi ingenij Alciati sequitur: Cur igitur passim in hac controvertia me appellat virum alias doctissimum, ac si in hoc erraverim, & indoctum me ostenderit?

6 Nec supradictis contentus, ¶ idem Auctor citat contra meam sententiam principalem, conservatoriam concessam Societati Iesus, per Summos Pontifices Pium V. Gregorium XIII. tam in civilibus, quam criminalibus, & mixtis causis, siue actores sint, siue rei, & alteram Sixti IV. Fratibus Minoribus indultam ad hoc, vt Conservatores eorum non permittant eos, per quosque indebitè molestari, aut eis graamina, iniurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari: & aliam eiusmodi: item aliam Ioannis XXI. & aliam concessam Fratibus Divi Hieronymi. de *nuestra Señora de Guadalupe* amplissimam, & aliam huiusmodi concessam per Pium I. V. confirmans privilegia Ordinis militaris Sancti Ioannis Baptistæ, quibus gaudent Mendicantes adversus vim personis eiusdem instituti, aut eorum servitoribus, & familiaribus, iniurias, siue graamina, vel damna inferentes in personis, bonis, & rebus: Ex quibus omnibus satis constare dicit, saltem in bullis, & privilegijs conservatoriarum, non solum concedi Conservatores pro iniurijs, prout significant contumeliam, & violentiam, sed etiam prout significant damnum datum.

His namque omnibus vno verbo absolute respondendo, nempe loqui in privilegijs, & conservatorijs amplissimis, & absolute concessis, omnia prædicta nuncupatum continentibus. Nos vero loquuti sumus cum decessi one Summi Pontificis in *dict. cap. i.* in conservatoris limitatis ad defendendum a manifestis, & notorijs iniurijs, & violentijs, prout constat ex *dicto cap. fin. eodem libro*: Vnde nil mirum, quod decisio illius decretalis fere hodie inutilis sit, cum amplior forma recepta sit.

Quinimo ex supradictis conservatorijs, amplissima forma conceptis, vt refert ipsemet Emanuel aperte colligitur, aliud esse omnino sciendum, si conservatoria sue int concessa, vel concederentur limitate, nempe, vt in *casu dict. cap. i. & cap. fin. de officio Delegat. libr. sexto*, siquidem vt de omnibus prædict. iudicet Conservatores cognoscere possint, adiciuntur prædict. verba amplissima in præfatis nonioribus conservatorijs, quasi eis non adiectis, de ceteris cognoscere non valerent, præterquam de manifestis, & notorijs iniurijs, & violentijs, iuxta decisionem dictorum capitum: De his igitur loquuti sumus, *vbi supra*, non vero de conservatorijs amplissimis concessis contra ius commune,

prout sunt concessa relate a præfato fratre Emanuel. post *decisionem dict. cap. i. & de. i. cap. fin.* Hæc namque proculdubio valent, & servanda sunt: Quo fit, vt potius argumentum contra nos fictum ex prædictis conservatorijs amplissimis in fauorem nostræ principalis sententiz faciat in alijs conservatorijs limitate concessis, & concedendis, de quibus fuit noster principalis sermo, & intentum.

Nec obstat lex Regia prima, ¶ *tit. 8. libr. i. nove colled. 7* Regia. ibi: *No embargante qualquier comissiones, o poderes, que los Sean, o son dados, quali veit lex dixerit, quod non obstantibus conservatorijs amplissimis, iudices Conservatores non possint cognoscere: nisi de manifestis, & notorijs iniurijs, & offensis: Segun que los derechos comunes disponen, y los Santos Padres ordenaron.* Quoniam, vt inquit Frater Emanuel *Ro. de. dicto articulo 12. in versicul. nec supradictis* in his verbis non loquitur lex de concessionibus datis a Papa, quia in his nulla fit mentio Papæ, aut Sedis Apostolicæ, sed loquitur de commissioibus datis ab inferioribus a Papa, & hic intellectus, inquit ille, necessarius est tenendus, sed meo iudicio procedere non potest, quoniam lex illa in sui principio loquitur in Conservatoribus datis, & deputatis a Summo Pontifice. Ergo verba sequentia: *No embargante qualquier comissiones, &c.* sub eadem oratione posita, in eisdem iudicibus a Summo Pontifice datis, & deputatis, intelligenda, necessario sunt, cum in ea lege non agatur de commissioibus datis ab inferioribus: Inferiores namque Conservatores dare non possunt.

Vnde quamvis iuxta præfatam legem Regiam verba conservatoriarum etiam ampla reducantur per Summos Pontifices, in *dict. cap. i. & in dict. cap. final. de officio Delegat. libra sexto*, ad iniurias, & violentias manifestas, & notorias tantum, vt patet ex verbis supra relatis, & diximus *dicta questione 9. numer. 17.* Verius tamen est, quod Summi Pontifices in *dictis capit. loquantur* de conservatorijs limitatis, & decidunt, vt iudices vigore illarum tantum defendant religiosos a manifestis, & notorijs iniurijs, & violentijs non vero extendant potestatem suam ad ea, quæ iudicalem indaginem requirunt, & exigunt: has enim conservatorias, hoc est, limitatas, vt præmittitur, plerumque solet concedere Sedes Apostolica, vt cauetur in *d. c. i. & melius in dict. cap. fin.*

Quo stante non obstat lex illa Regia in illis verbis: *No embargante qualquier comissiones, &c.* quia adiecta, & addita fuerunt ad decisionem text. in *dict. cap. i.* cum ibi hoc non dicatur, imo videntur esse contra decisionem *d. cap. fin. ibi*, vt Conservatores, qui al quibus *(vt a manifestis iniurijs, & violentijs statuatur eosdem)* plerumque a Sede Apostolica conceduntur: loquitur enim lex illa Regia iuxta decisionem iuris communis, & Sanctorum Patrum, vt patet ex eius verbis precedentibus: ibi: *Segun que los derechos comunes disponen, y los Santos Padres que lo ordenaron:* & tamen constat, id ordinasse Sanctos Patres iure communi in conservatorijs limitatis, *vt supra patet ex dictis cap.* Non vero ibi, aut alibi (quod ipse sciam) continentur, aut reperiuntur verba derogatoria potestatum, & commissioinum, aliud disponentium, de quibus in *dict. leg. Regia*: Ergo fuerunt addita contra præfatam ius commune Pontificium, & libertatem Ecclesiasticam. Quare nil mirum, si vlti recepta non sit prædicta lex Regia, quo ad hoc nempe, quando facultas, & conservatoria Summi Pontificis in amplissima forma vltra iniurias, & violentias notorias concessa est, tunc enim cum iure Papa sac se concedere potest, vt præmissimus, merito, quod iudices Conservatores ita deputati procedere possint in omnibus sibi commissis, non processuri nisi in his, de quibus in *dict. cap. i.* si con-

serva-

servatoria, essent limitata, iuxta decisionem *dict. iurium.*

Tandem idem Pater Emanuel Roderic. refert quædam concessiones, & conservatorias Summorum Pontificum Benedicti Vndecimi in fauorem Prouintiz Sancti Iacobi regularis Observantiz Fratrum Minorum, & Eugenii Quarti, in fauorem Monasterii Beate Mariæ de Guadalupe, etiam in illis, quæ iudicalem indaginem exigunt, quibus stantibus proculdubio iuxta supra dicta possunt Conservatores huiusmodi compellere debitores ciuiles religiosorum ad solutionem debitorum: Opus igitur fuit id exprimere, alioqui seruanda esset decisio contraria *dictis capit. primo & capis. fin.*

3 Resoluo igitur in summa, quod iudices Conservatores a Sede Apostolica solum deputati ad defendendum aliquos a manifestis, & notorijs iniurijs, & violentijs, & qui, iure communi attentio, non possunt extendere potestatem suam ad iudicalem indaginem, minime possunt compellere debitores ciuiles ad soluenda debita eorumdem, quibus concessa sunt prædictæ Conservatoriz limitate, quia tunc proprie, & specificè non dicitur sic iniurijs, prout requiritur in proposito iuxta mentem, & verba Summorum Pontificum in *sape allegatis capit. primo & capis. fin. de officio Delegat. libr. 6.* Et prout in terminis nostris ex eisdem tenet, & probat expresse Alciatus *vbi supra*, dicens, quod propterea decisio Quodonis Papæ contraria non est vera, & confunditur per text. in *dict. capis. primo*. Et per rationem, quia in receptis verba capiuntur in specie, vt in *dict. cap. Ro. de iuribus, de rescriptis*. Idem nunc dicimus, tenemus, & probamus, esse verissima, & iuridica, & tenenda sententia aduerus Reuerendum Patrem, sicut contra Guidonem asseruit Alciatus eisdem rationibus.

Si vero conservatoria sint concessa contra ius commune in dictis capit. etiam pro damnis, & grauiamibus illatis, vel inferendis, aut ciuilibus, vel etiam, vt iudices Conservatores procedere, vel cognoscere possint etiam in his, quæ iudicalem indaginem exigant, vt hodie sunt concessa prædict. fratribus iuxta bullas supra relatas, & similes: tunc procedere poterunt contra debitores ciuiles, eosque compellere ad solutionem debitorum, etiam si de eis non constat publice, & notorie iuxta tenorem eandem literarum Apostolicarum, quibus iudicialis etiam indagio iudicibus Conservatoribus huiusmodi conceditur, non tamen egiemus de hac specie: *dict. præd. questione. nona*, nunc autem agimus, & ita docemus, intelligendam esse hanc materiam, saluo iudicio rectius sententiam.

S V M M A R I A.

1 Loca regularia, & similia, quæ iuxta Concilium Tridentinum Conservatores eligere possunt auctoritate Apostolica, non consentiri possint coram iudice Ordinario Ecclesiastico, vel coram suo Conservatore conuenienti, nisi per totam questionem, vbi auctor se defendit ab oblatione Emanuelis Roderici, & criminibus *dicto articulo ponitur cum praxi in hoc seruanda numer. 2.*

Q U A E S T I O L X I V.

In eadem ill. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. Nouz Collectæ Reg.

Quæstio mea decima libr. 3. Prædictæ questionis fuit, an loca religiosa, & similia, quæ iuxta Concilium Tri-

dentinum Conservatores eligere possunt auctoritate Apostolica, in causis in quibus eorum persona res sunt, quæ contra eos ex causa ciuili aliquid petuntur ab alijs, possint declinare iurisdictionem iudicis Ordinario Ecclesiastico Conservatoremque eligere, veliam eisdem, vt coram illo conueniantur, non vero coram dictam Ordinario Ecclesiastico? In qua questione res solui, quod coram suo Conservatore sunt conueniendi, si velint eo vti, alias coram Ordinario Ecclesiastico, & m. a. duplicem praxim in hoc retuli, quæ sæpe, ac sæpius vti vidi in similibus causis.

Nunc autem nouissime contrarium in omnibus a me ibi dictis, inciviliter tenet idem Reuerendus Pater Emanuel Roderic. 1. *in omni questione regular. questione 63. articulo. 13.* per totum reuelouens in præmissa specie, quod religiosi intra claustra degentes sunt conueniendi coram suis Prælatijs, qui de eorum causis cognoscunt iurisdictione ordinaria, & non delegata: si vero religiosi extra claustra degant, seruandum sit decretum sancti Concilii Tridentini, *session. 7. cap. 16. de reformatione*, quod nos ad duximus, *dicta question. 10.* tanquam textum expressum pro nostra sententia, cum tamen non loquatur de fratribus intra claustra degentibus, sed extra: & tandem inquit, non esse seruandam meam praxim: sed aliam ab eo ibi relata: nempe, quod quando religiosi degant intra claustra, debeant conueniri pro debito ciuili coram suis Ordinarijs, qui sunt eorum Prælati: quando vero sunt extra claustra degentes, & habent Apostolicum iudicem per breue, & rescriptum Papæ deputatum, tunc coram ipso pro debito debent conueniri: si vero talem iudicem deputatum non habent, creditores debent recurrere ad Ordinarium, in hoc tanquam a Sede Apostolica delegatum, qui potest dictos regulares excois ad debitum solutionem compellere, non obstante quacunque exemptione & Conservatorum deputatione.

Sed immerito quoque nos carpit, sicut in præcedenti quæstione: Nos namque in *d. præd. 10. q. loquuti sumus* de debitis Conuentuum religiosorum, & sic de debitis conueniendis in vilitate ipsorum, & hæc fuit nostra mens certa, & expressa in princip. *d. quæst. ubi quæro circa casum d. an saltem huiusmodi loca regularia, & similia, & in casibus, in quibus eorum persona res sunt, quæ contra eos ex causa ciuili aliquid petuntur ab alijs, &c.* Ergo loquor de conueniendis, & religiosi eorum in numero plurali, a quibus debitum petitur, & præterea fidei iter refero, & intelligo decretum Concilii Tridentini, supra citatum in religiosi extra claustra degentibus, ex quo, argum. u. fortissimum, sumi ad questionem principalem de religiosi intra claustra degentibus, eorumque locis, conueniendis pro debitis ciuilibus ipsorum: quod quidem argumentum a simili valdum est in iure, sed filitente eadem ratione (prout subsistit) vt iure late proba. Euerard. *in sua centur. legatum loco a simili*, qui dicitur in ordine, quod si adhuc alia ampliore declaratione opus erat, debuerat ipse pater potius eam supplere, vt doctus, & religiosus, & sic nostram sententiam iuxta præmissam quæstionis saluare, quam non fuisse allucinarum affirmare, alienum profecto verbum a fratre religioso, etiam si nostra sententia vera non esset, & præcipue cum loquuti fuerimus de debitis Conuentuum, & communitatum eorum, in quibus sua opinio procedere non potest, vt infra dicemus.

Distinguendi igitur sunt tres casus. Primus est illis, de quo loquuti sumus in *d. nostra quæst. pr. 10. libr. 3.* nempe, in debitis ipsius communitatis, & Conuentus, hoc est, locorum religiosorum: *Come son iurati, y censos, que paga la casa, y conuenio de religiosos a otras personas, por las deudas sueltas, que los conuenios han contrahecho para su vtilidad, y procezo de sus religiosos por simonios, o por sus procuradores, & su obediencia.*

Secundus casus est, de debitis contractis a singulis religiosis intra claustrum degentibus nomine proprio, & privato cuiuslibet: non vero nomine Communium.

Tertius casus est, de debitis contractis a religiosis extra claustra degentibus. Pro quorum casuum expeditione præmitto, verum esse, religiosis habere suos Ordinarios, qui sunt eorum Prelati, habentes in eos iurisdictionem ordinariam, non vero delegatam, quod eorum causis cognoscunt, sicut clericis habemus nostrum iudicem ordinarium, Episcopum nostrum Prælatum, eiusque Prouisorum, ut per se patet.

In primo casu, cum Prælati religiosorum sint partes formales, quia debita sunt contracta per eos, eorumque Communium, vel eorum nomine, & mandato, & ad ipsorum omnium in communi voluntatem, non video, quomodo, aut, quo iure possint esse iudices in causis propria contra se: quinimo hoc est expresse in iure prohibitum: Dicere autem quod in hac specie creditores occurrant Provincialibus, vel alios Prælatos superiores eorumdem religiosorum absentes a loco contractus, esset iniquum, atque in maximum dispendium creditorum, nec non, & ipsorum religiosorum, quia nullus vellet eis merces, & pecunias suas credere, nec cum ipsis commercium habere ob defectum iudicium, qui facile eis iustitiam ministrare possent circa executionem, & ad implementum contractuum ipsorum, & periculum contingeret, plus expendi oportere pro recuperatione debitorum suorum, quam ipsa debita, si nescirent, si que potius eligerent eamittere, quam expendere de suo pro eorum executione. In hac igitur specie de qua ibi, & hic agimus, bene locum habet, vera est, atque procedit nostra præfata principalis sententia, & praxis, & consequenter deficit contraria: Nec tamen obicit, quod quando religio in communi conueniunt, non possunt in iure compelli eligere, & deputare contra se iudicem Conseruatorum, ut in bullis præfate Patre relatis. Quæ respondemus, verum quod de hoc esse, id volentes bene possunt esse assamere, sibi que pro favorabiliiori eligere, coram quo conueniantur, & defendantur ab iniuriis damnis, & grauaminibus sibi forsitan ab alio iudice inferendis, vel quas timent inferri: quod si nullam rationem reculant solutionem debitorum habent ea soluant sponte, nec molestent suos creditores, quod si non aint soluere, nec iudicem Conseruatorum sibi eligere, & nominare, coram quo conueniantur, ad quod non compelluntur, præfate patiantur, se coram Electo suo Ordinario conueniri, ne creditores suis debitis sine causa defraudentur, alias eam iusta conueniri non possunt, nisi de seipsis minus recte habentibus. Quare ut ceterum hic effectus, quantumvis sepe videtur in iudicio obseruari, ut præmissimus.

Melior, & breuior praxis erit secunda, quam dicta questione 10 assignauimus, nempe ut Ordinaris producto libello contra Prælatum, & Communium iubeat eis intimari, & quod tertio die respondeant, quod si ipsi compareant cum electiope sui iudicis Conseruatoris, & petant ad ipsam causam remitti, tunc præfate breui habent articulo examine ad ipsam causam remittenda erit, nisi aliud iuridicum obstituerit, alias a suo iudice Conseruatore Ordinarius excommunicari poterit, prout fieri poterit cum electio fuerit Conseruator, & requisitus, ut in libello Ordinario cum censuris, & aliis penis, quod si religio hoc non opposuerit, Ordinarius iuxta iuris ordinem in causis procedat, & ita etiam accipimus in Regali Chancelleria Pontificia in præfate obseruari. Ordinaris ita procedenda, ad quem causam remittitur, quoties per appellationem in gradu violentiæ ad eam uertitur.

In secundo casu principali, de quo non sum loquutus ubi supra, statentur, verum esse doctrinam, & sententiam Fratris Emanuel Roderici, nempe quod singuli religiosi habent suos ordinarios iudices, hoc est Prælatos monasteriorum, qui de eorum causis cognoscunt per iurisdictionem ordinariam non delegatam, non tamen de hoc casu ibi nuncupatum egimus, nec loquuti fuimus.

In tertio casu de religiosis extra claustra degentibus seruanda est Concilii Tridentini decisio in loco supra citato, quod nos ubi supra etiam affirmauimus, & nunc quoque docet Emanuel Rodericus dicti articuli 13, in versu sequenti, praxis igitur notanda est, tamen si fecerit ibi exceptione ciuiliu causarum mercedum, & miserabilium personarum, pro quibus regulares extra monasterium degenet, quomodo libet exenti, etiam si certum iudicem deputatum in partibus habent coram locorum Ordinariis tanquam in hoc Sede Apostolica delegatis conueniri, & iure medio solvendum debiti cogi, & compelli possunt, non obstantibus priuilegiis, & exemptionibus, & Conseruatorum deputacionibus, & eorum inhibitionibus, ut cauetur in dicto decreto Concilii Tridentini.

SUMMARIA.

1. Mulier transiens ad secundas nuptias an teneatur seruare arrhas prioris mariti filius illius matrimonij? & per totam questionem resolutur affirmatiue.
2. Mulier transiens ad secundas nuptias teneatur remittere communi, quicquid ex facultatibus prioris mariti sponfalium ante, & nuptiarum solemnitate percipit, ut videtur id totum filius prioris matrimonij seruare, imo statim per transitum ad secundas nuptias mulier amittit eius dominium, & transferitur in filio, ut in usu fructu.
3. Lex ca. tit. 2. de las arras, lib. 3. for. mulier transiens ad secundas nuptias teneatur seruare arrhas filii prioris matrimonij.
4. Lex ca. tit. 10. 13. part. 5. mulier transiens ad secundas nuptias teneatur seruare arrhas prioris mariti, filius illius matrimonij.
5. Mulier transiens ad secundas nuptias non potest meliorationem facere ex arrhis prioris mariti in persona vnus filij prioris matrimonij, & n. 16.
6. Mulier transiens ad secundas nuptias teneatur seruare arrhas filii prioris matrimonij habita a prioris mariti titulo lucratiuo.
7. Arrha non habentur titulo lucratiuo, sed potius onerosa, quia censentur dedita in compensationem dotis, & honoris mulieris, seu nobilitatis, vel remunerationis dotis.
8. Arrha ex quacunque alia causa dantur, imo etiam ex voluntate altera, ut promittentibus, & ea que dantur mulieri a marito titulo oneroso, non teneatur ipsa seruare filio prioris matrimonij, sed efficiuntur propria.
9. Coniugis transiens ad secundas nuptias possunt disponere de bonis que sunt constante matrimonio, non minus, quam ex ceteris bonis propriis, etiam si ex prioris matrimonij libere super sint, ut in l. 2. Tauri de omni ratione hic agitur, me non, & n. 16.
10. Mulier iuuenis, vel nobilis, cui sponsus senex, vel nobilitas mille elargiebatur, non teneatur solito matrimonio præfate illi mille filio prioris matrimonij seruare.
11. Si femina dispossitio, de secundis nuptiis cum suis, non habet locum in donatione remuneratoriæ in iacta uxori.
12. Arrha hodie in Hispania non in modum gratuita donationis solent consistere, sed educuntur in partem modum onerosi contractus, nec aliter conueniunt volunt, & c. sed v. n. 15.

13. Mulier transiens ad secundas nuptias non perdit arrhas prioris mariti, nec eas referuntur filio illius matrimonij, sed contrarium est tenendum, ut in num. 14. idque tenet etiam Palat. Rub. pro contraria parte allegatus, ut in num. 18.
15. Arrha non præfite dantur ex causis remunerationis, sed potius mera liberalitate eas promittenti. & ita hodie necessitas arrhas dandi non est in usu.
19. Si femina in prima parte de reservatione lucrorum pro filio prioris matrimonij, C. de secund. nupt. de consuetudine non seruatur in Regno Lusitania.
20. Pretium censuum vitalitiorum, ad hoc ve sciatur quantitas arrharum, que in huius Regni promitti potest possessori maioratum.
21. Mulier per transitum ad secundas nuptias teneatur seruare proculdubio sponfalium largitatem filio prioris matrimonij.

In l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 3. for.

QUESTIO LXV.

Quæro an mulier transiens ad secundas nuptias teneatur seruare filio prioris matrimonij arrhas sibi promissas, & dadas a primo marito, vel possit de eis disponere, sicut de ceteris suis bonis?

Et videtur primo, teneri eam arrhas primi mariti referre filio eiusdem primi matrimonij, & quod meliorationem de his facere non possit in persona vnus filij ex his, quos ex primo matrimonio procreauit, & hoc sequentibus fundamentis.

Primo, quia autem iure communi, quicquid ex facultatibus prioris mariti sponfalium iure, quicquid etiam nuptiarum solemnitate mulier perceperit, teneatur id totum transiens ad secunda vota filio prioris matrimonij referre, ut in princip. C. de secund. nuptis, & ibi Doctores, & in l. generaliter, C. eodem titulo, ibi, que de bonis mariti ad eam deuoluta sunt, seruare sanxerunt: Et in l. hac edictali §. omnibus, eodem titulo, ibi, super eadem ante nuptias donatione, vel rebus alijs ad eam ex marito substantia deuoluta: Nota generalitatem verborum illorum, vel rebus alijs, que etiam arrhas comprehendere videntur: & mulier transiens ad secundas nuptias, statim amittit dominium prædictorum bonorum, & transferuntur in filios, tenentibus visum facta, ut bene probat Anton. Gomez in l. 15. Tauri, num. 3. quem refert, & sequitur nouissime post hæc scripta Thom. Sanchez de sponfal. 1. tom. lib. 6. disputacione 41. num. 1.

Secundo, quod expressa fore i. tit. 2. lib. 3. for. ibi: Et si la muger ouiere hijos de dos maridos, o de mas, cada vno de los hijos herede las arras que dio su padre, de quibus, que los hijos de vn padre non partan en las arras que dio el padre de los otros, per quam l. ita tenet Anton. Gomez in l. 14. Tauri, numero 3, & Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 27. numero 1.

Tertio, quod & in terminis iure Regio, hoc ipsum deciditur in l. 20. in princip. tit. 13. part. 5. cuius verba sunt hæc: Marido de alguna muger finado, si casasse ella de despues con otro, las arras, e las donaciones que el marido finado le ouiesse dadas, en salvo fincan a sus hijos del primero marido, e deuenen las cobras, e auer de despues de la muerte de su madre, e para ser seguros de lo los hijos, finca antes yorende obligados, e empusados los bienes, de la madre: que lex concordat cum dispositione dicti l. hac edictali §. omnibus, quæ idem probat generaliter iure communi, non tamen loquebatur nuncupatim in arrhis, sicut loquitur dicti l. Regia, & ideo ea est maximi habenda pro decisione expressa huius questionis.

Ex quibus Rodericus Soarez in dicta l. 1. tit. 2. de las

arras, lib. 3. for. in versiculo circa hoc queritur, intulit, & probauit, quod ex arrhis, quas vxor, quæ transiit, ad secunda vota, acquisiuit ex primo matrimonio, non possit in persona vnus filij ex his, quos ex primo matrimonio procreauit, meliorationem facere: Eandem opinionem tenet idem Rodericus Soarez in repetitione l. quoniam in prioribus 10. limitatione ad l. for. numer. 1. cum sequentibus. G. de in officio, testament. Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 27. numero 17. versicul. sed ve vira, quod verissimum videtur D. Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10. numero 62. vbi idem probat de veltibus pretiosis, atque lecto quotidiano, & aliis lucris similibus pari ratione, quorum in hoc sententiam, nos quoque probauimus lib. 2. practice. questione 18. numero 5. in versu. si vero transierit, & lib. 3. questio. 43. numero 25. quia hoc casu melioratio locum hodie non habet, ut in authent. lucra C. de secund. nupt. Eandem sententiam sequitur Angel. in tit. de melioratio. l. 2. gloss. 1. numero 11.

Nihilominus tamen adfuit pro contraria parte, proflus in omnibus supra dictis fortissima iuris argumenta, quæ eam longe veriorum esse, demonstrare videntur, imo quod mulier ad secundas nuptias migrans non teneatur prædicte arrhas filio prioris matrimonij referre, sed de illis possit, ut de reliquis suis bonis disponere.

Primo, quia dicit l. femina, quæ præfata referentia in dicitur, loquitur tantum in habitis titulo lucratiuo, ut patet ex eius verbis supra relatis, & inferius ibi, aut quicquid morte causa donationibus factis, aut testamentis iure dicto, aut fideicommissi, vel legati titulo, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio, & c. que omnia exempla lucra, & liberalitatis sunt, ut ibi notat glossa, verbo, vult: & clarius probantur in dict. authent. lucrum. vbi, quæ dicta erant in dict. l. femina, appellat lucrum hoc: idem voluit glossa in l. cum alijs, verbo, ad materiam, & eodem titulo, vbi dicitur, quod posteritas habeat lucrum proueniens ex viro suo, scilicet, ex donatione propter nuptias, vel ex quocunque alio, scilicet, titulo simplici donationis, & ibi Bald. in ff. dum dicit, vel quid aliud titulo lucratiuo, id quod passim alij Doctores dicunt, ita intelligentes hanc materiam.

Sed præfate non sunt huiusmodi, quia non habentur titulo lucratiuo, sed potius oneroso, quia censentur dante in compensationem dotis, & mulieris honoris, seu nobilitatis, vel remunerationis dotis, ut tradit Menfius in authenticis res, que, numero 31. C. commun. de legat. & Aluar. Valesc. consue. ratione 16. num. 6. ad fin. vbi quod ex quacunque alia causa arrharum promitti, & dari possunt, etiam communis Doctorum Hispanorum sententia, ut cum Aluar. Valesc. ubi supra, & Anton. Gomez in l. 50. Tauri, numero 12. & Gregor. Lopez in l. 1. tit. 11. part. 4. verbo, En Espanna, affirmat Malina Theologus lib. 2. disputacione 421. column. 1158. in vers. dubium est, & tandem cum eis inquit, leges permittentes arrhas ad nullam causam nuncupatim se astringere, sed secundum mores hodiernos, solum eam causam donationis arrharum attendi, ut vxor opulentiore sit ad sustentendam vidualem honestatem, in qua mansura præsumitur, & tandem inquit, ad nullam causam particularem restringendam esse donationem arrharum, sed satis esse voluntatem liberam promittentis, eaque ratione in definitione arrharum nullius causæ ipse auctor mentionem fecit.

Ergo quod cum arrhae dantur, & acquiritur titulo oneroso, & non lucratiuo, & sic ex donatione remuneratoriæ, quæ non est proprie donatio, non subiciuntur obligationi reservationis, de qua supra, nec perducuntur per transitum ad secunda vota, ut probat late Palat. Rub. in rubrica de donation. inter virum & vxor. §. 50. numero 11.

Conceditur ex rebus: Ceteri filij primi matrimonij legitime non habent partem. 376. n. 19

mero 35. per totum, & alios plures citans Aluar. Valasc. dict. consultatio 16. numero 7. Illa namque quæ mulier habet ex bonis prioris mariti titulo oneroso, efficiuntur omnino sua, nec tenetur ea restituere filijs prioris matrimonij, sed de eis potest disponere, sicut de ceteris suis bonis, vt tenet Valasc. dict. numer. 7. & cum alijs Anton. Gabriel. tom. 3. commun. opinionum. libr. 3. titul. de secund. nupt. conc. yspane 1. numero 40. Molin. Theolog. tom. 2. de iustit. & iur. tractat. 2. d. s. p. s. titul. 431. versicul. contrarium, Thomas Sanchez vbi supra.

Secundo, ¶ hæc eadem sententia probatur ex l. 14. Taur. iuncta eius vera ratione, vbi expresse cauetur, quod coniuges transeundo ad secunda vota, vel vltiores nuptias, possunt disponere de bonis quæ sitis constante matrimonio, non minus quam de ceteris bonis proprijs, etiam si ex primo, vel secundo matrimonio liberi supersint: hodie habetur in l. 6. titulo 9. libro 5. nou. collect. Reg. cuius ratio fundamentalis est, quia de iure acquisita, constante matrimonio, non dicuntur acquisiti ex causa lucratiua, sed ex causa onerosa, vt voluit D. C. uatru. in quarto, de sponsal. cap. 7. §. 1. numero 8. & 9. & tenet expresse Ripan dict. l. femine, questione 22. Arias Pined. in l. 4. numer. 2. & 3. G. de bon. mater. & Tullus Fernandez. in dict. l. 14. Tauri, numero 1. vbi quod in conferuatione eorum magis operatur industria mulieris, quam viri. Talia enim sunt hæc bona lucrata, vt censentur labore, & industria vtriusque coniugis quæ sita, ideoque vtriusque suæ partis versè est dominus, verumque dominium obiect. & de parte sua disponere potest, vt velit, etiam si ad secundas nuptias transeulet, vt inquit Ioan. Garfia de expens. & melior. cap. 13. numero 14. Eandem rationem ad dict. l. 14. Taur. se quæritur ibi, & probant cum Tello Fernandez, Ceruantes numero 2. & 4. & Velazquez de Auendan. numer. etiam 4. ¶ Ex quo Ceruantes vbi supra numero 3. inquit, quod Doctores nostri resoluebant, quod vxor iuuenis, vel nobilis, cui sponsus senex, vel ignobilis mille largiebatur, non tenetur, solumo priori matrimonio, illorum mille proprietatem filijs prioris matrimonij restituere, quia vxor plene ea acquirerebat, vt potest acquisita titulo oneroso. Sed arthæ dari solent ob prædictas causas: Igitur, &c.

Tertio, ¶ quia dispositio dict. l. femine, cum similibus, non habet locum in donatione remuneratoria, facta vxori, ita Ioan. Garro. in repetitio. authent. ex testamento, numero 39. C. de secund. nupt. ex Stephano Bertrando consil. 175. volum. 2. in antiq. Rip. in dict. l. femine, questione 17. quos refert, & sequitur Aluar. Valascus dicta consultatio 16. numero 8. dicens, quod omnes nostri fatentur, arthas Hispaniæ remunerationem quandam esse: & hoc multo magis sine dubio procedere, si arthæ pro remuneracione seruitorum ab vxore antea impensorum dentur, vt ibidem probat cum alijs in legato ex hac causa relicto a marito vxori.

Quarto, ¶ quia hodie in Hispania non in modum gratuita donationis solent constitui, sed deducuntur in pactam in modum onerosi contractus, nec aliter conuenire volunt vxor, aut, qui partes illius agunt, nisi tantum, vel tantum artharum illi promittantur, ergo constituuntur ex causa onerosa matrimonij, sicut & dos.

Quibus ¶ quidem fundamentis hanc opinionem ex professo contra priorem tenet, fundat, & probat Aluar. Valasc. in dicta consultatio 16. numero 8. cum sequentibus, qui mouetur auctoritate eiusdem Palarij Rubei in dict. rubric. colum. 248. cum sequent. qui eo loco, scilicet, in §. 67. num. 17. versicul. sed vera. postremam hanc opinionem tenuit aliquibus fundamentis, & tandem Valasc. dict. consultatio 16. numero 9. inquit, falsam esse opinionem Roderic. Saarez, & Molinæ iuristæ vbi supra, & a-

liorum, & quod contra eos tenent Tullus Fernandez in l. 19. Taur. numer. 12. & Pelæz de maiorat. 1. part. questione. 74. numer. 49. eo potissimum fundamento, quia arthæ nostre Hispaniæ sub titulo lucratiuo non censentur, Hanc eandem secundam sententiam principalem cum Palat. Rub. & Valasc. vbi supra, vt satis probabilem, sequitur Molina Theologus vbi supra disputatione. 431. in versicul. contrarium, colum. 1162. cum sequent. vbi idem dicendum esse censet de lecto quodiano, tradi in Castella consueto viduis, neque enim dono datur, sed ex debito legis præcepto: & præterea addit, quod quando in hoc Regno ex facultate, & electione data a l. 52. Tauri, quæ est l. 4. titul. 2. libr. 5. nou. coll. G. Reg. relinquerentur arthæ, & præligeretur sponsalitia largitas, tunc iura citata locum non haberent in sponsalitia largitate, quoad quantitatem valoris præcij, qui arthi responderet, quoniam quoad eum valore vim arharum in materia proposita haberet, & non sponsalitiæ largitatis.

Hæc sunt quæ pro vtraque parte adduci possunt, quibus decisio questionis principalis difficilis reddi videtur: Quid tenendum?

Ego ¶ profecto priorem partem, & sententiam veriorum, & omnino tenendam esse cenleo, nempe mulierem secundo, vel tertio nubentem teneri restituere arthas a primo, vel secundo marito habitas filijs illius matrimonij, cuius causa promissæ: & data fuerunt: a priori de melioratione de illis facere non posse in persona alicuius ex filijs illius matrimonij, sed æqualiter inter illos diuidendas esse, vt in dict. authent. lucrum. C. de secund. nupt. prout in terminis tenuimus vbi supra cum Roder. Suarez, Molina Iurista, & Angelo, & tenet præter eos in terminis Ayora de partitione. parte, cap. 7. numero 21. & iterum in 3. parte, questione 15. numer. 52. per dict. l. 26. titul. 13. part. 5. quæ expresse illam probat. Quam sententiam, nunc quoque libenter probamus, reiecta in his Regnis Castellæ contraria, ex fundamentis supra adductis, & præcisè ex dict. l. 26. in princip. quæ in hac eadem materia, & in terminis nostræ questionis principalis equiparatur arthas, & donationes, quæ maritus de fundis dedisset suæ vxori, quæ postea cum alio contraheret matrimonium adhuc, vt salua maneat filijs prioris mariti, & possint eas exigere mortua matre, cuius bona sunt tacite hypothecata pro securitate dictarum artharum, vt in dict. l. Regia cauetur, ad quam, in quantum ad hoc de arthi, quod remaneant filijs prioris matrimonij, Doctores, qui contractum probant, quos supra citauimus, minime aduertunt, sed est expressa pro hac nostra, & priori sententia aduersus Aluar. Valasc. & Molinam Theologum. Est primum, & secundum fundamenta pro ea supra adducta non virgetent, tunc quia primum procedit, & intelligitur de donationibus titulo lucratiuo acquisitis, vt supra in primo fundamento (secundæ partis) tum etiam quia secundum, ex l. fori. non habet vim, nisi probato eius vsu: Sed lex paritæ est in commune in his Regnis, & omnino fettranda, quæ sic intellexit dispositionem dict. l. hæc edictali. §. omnibus, quatenus loquitur vltra donationem propter nuptias in alijs: ebus ad mulierem ex marito substantia deuolutis: siquidem arthæ deuoluuntur ad mulierem ex marito substantia: nisi adhuc respondeas, esse intelligendam de similibus præcedentibus, hoc est, titulo lucratiuo ex virtute nominis, alijs, quod est repetituum similitum: sed in specie nostra de arthi, quod per secundas nuptias mulieris pertineant, mortua binuba, filijs prioris matrimonij, est expressa dict. l. paritæ: Itaque ea ex stare cessatiam dubium, prout in terminis etiam tenent Villalob. in suo otario communium opinionum, liera A. numero 151. in fin. & cum eo D. Azeued. in l. 4. numero 6. titulo 1. libr. 5. nou. collect. Reg. & in l. 3. ante numerum 1. titula. eodam libr. 5. & no.

16

Et non sinit post hæc scripta eandem sententiam commouitorem, & probabilem appellat, eam l. q. iuris Thomas Sanchez vbi supra numero 3. vbi num. 5. respondet ad idam sententiam contrarijs, idem Thom. Sanchez libr. 6. disputatione 8. numero 2. versicul. quæ iuxta communio-rem.

Accedat ¶ præterea, quod & si arthæ plerumque, & frequentius dentur ex causa remuneracionis virginitatis, nobilitatis, vel honoris, aut ætatis mulieris, nihilominus causæ hæc non sunt præciæ: siquidem absq. eis, non solum virgini, sed etiam viduæ dari possunt ex causa donationis, vt vxor opulenter sit ad sublinendam vidualem honestatem: Imò satis est voluntas libera promittentis, vt supra notauimus ex eodem Molina Theologo. Ergo sicut ceteræ donationes gratuita regulandæ in hoc sunt, in quibus nullus semper apponitur, non quidem præciæ, sed impulsus, nempe: Por muchas, y buenas obras, y seruicio, que de vos he recibido, de la prouança de las qualis os ueluo: Et nihilominus meræ, & gratuita donationes sunt: deinde, de donatione ante nuptias, & sponsalitia largitate indubium est, eam esse referendam filijs prioris matrimonij, vt in dict. §. omnibus, cum similibus, & Doctores patris ad hæc fatentur, quia est lucrum, & tamen in ratione matrimonij, & propter nuptias, & honorem mulieris. Ergo, & arthæ, quæ quamuis plerumque fiat ex causa, nec ita obligatoria de iure, vt ad remuneracionem præcisè in iudicio de ingrate iustitæ deduci possent: Ergo sunt voluntaria: Tandem nullo iure cogitur sponsus, vel maritus arthas promittere, aut præstare sponse, vel vxori, sed potius meta liberalitate promittuntur. Ergo tanquam titulo lucratiuo, vt potest voluntario procedentes a substantia viri, sua origine attenda, etiam iure communi Romanorum attendo, arthæ sunt referendæ filijs prioris matrimonij, multæ transeunte ad secundas nuptias: Et quod artharum datio sit mera donatio, & voluntaria probat cum alijs D. Azeued. in l. 12. numero 4. & §. 11. 5. nou. collect. Reg. & nos late lib. 2. prædicat. questione 123. numero 2. & libr. 3. questione 43. numero 10. cum sequentibus.

Neque obstat, quod hodie in Hispania arthæ non in modum gratuita donationis solent constitui, sed in vim pacti in modum onerosi contractus, quia respondeamus, quod nihilominus est gratuita donatio, artico suo principio voluntaria, quia nulla iuris necessitate promittuntur, sed ex mera voluntate promittentis, argumento eorum, quæ in proposito deducit Auendan. respons. 3. numero 6. & in terminis tandem D. Azeued. vbi supra, vbi secundum Tullum Fernandez, & Angel. vbi quod si necesse sit arthas d. indi aliqua antea fuit, non citin vsu, & nos dict. quest. 43. num. 11. & 12.

Considero ¶ vltimus pro hac parte eisdem rationibus merito. & cum mysterio dict. l. 4. Tauri, nec aliam vllam Regiam, quæ ipse viderim, de cetero, arthas non esse referendas filijs prioris matrimonij, sicut non esse referendas a bona muli implicata, constante matrimonio, de cetero d. l. 14. Tauri. hæc siquidem ex industria, & labore vtriusque coniugis, & sic titulo vere oneroso acquirantur, & conferuantur, non quidem donatione mariti, sed ex legis dispositione: illæ vera, scilicet, arthæ voluntate tantum mariti: Longa igitur differentia est inter vtraque, præterquam quod leges Regiæ diuersè in eis statuunt, nempe dict. l. 26. tit. 13. part. 5. quod arthæ referuntur filijs prioris matrimonij, quæ non inuenitur correcti in hoc per aliam l. Regiam uouiore, & dict. l. 4. Taur. quo bona quæ sita, durante matrimonio, non referuntur: Ego, &c.

Ex ¶ quibus sic recte constituitur & respicendæ veritas illius sententiæ Roderici Saarez, & D. Molinæ Iuristæ, Angelij, & nostræ, do qua supra in eisdem fundamento, pro-

ru partu, quæ habet, quod mulier transeunt ad secundam vota non possit meliorationem facere in arthi, quas a primo marito habuit in fauorem, & in persona viuis filijs prioris matrimonij, quia inter eos sunt æqualiter diuidendæ, iuxta dict. l. 26. tit. 13. part. 5. iuncta dispositione dict. authent. lucrum, vt in terminis probauit etiam, & tenet ex dict. l. 26. & dict. authent. lucrum, Ayora de parit. 3. parte, quest. 15. num. 52. per totum, quiddam contrarium velint Aluar. Valasc. & Molin. Theolog. vbi supra: Deficiunt namque in vera radice, & fundamenta dict. l. 26. dum præcipit, quod muliere transeunte ad secundas nuptias, arthæ sibi date a marito primo pertineat ad filios illius matrimonij, saluaque sibi manent, vt eas exigere possint.

Deducitur etiam ex eisdem non obstat priori parti supra fundata, & satis probatæ, fundamenta secundæ supra adductæ, quia eis remanet iam satisfactum ex superioribus.

Non ¶ obstat etiam auctoritas Palarij Rubei in repetitione rubricæ de donat. inter virum, & vxor. §. 67. num. 17. versicul. sed vera, quæ motus fuit Aluarus Valascus ad tenendum contrarium eius, quod probamus: quia Palat. Rub. sibi solum tenet, mulierem per transitum ad secunda vota, non perdere arthas sibi datas a priore marito, tunc vero dicit, quod eas non tenetur restituere filijs prioris matrimonij, qui potius tenet contrarium, & sic in nostrum fauorem, vt manifestè constat ex eius verbis, quæ ita se habent, idem videtur de vxori datis. Nam id, quod ex eis secundum dispositionem legis Rogni sibi debetur, suam est, quæ datur in præmium pudicitie, vt in l. vxor. C. isto titulo. & vbi notat Bald. & sic titulo oneroso. Ergo non perdet illas, quamuis transeat ad secundas nuptias, debet tamen in vita illis vi referuari proprietate filijs illius mariti, a quo habuit illas, vt dicit lex Rogni fore legum. lib. 5. titul. 2. Dicitur igitur sunt (intra hunc auctorem) an perdat arthas multas per transitum ad secundas nuptias, vel an teneatur illas restituere filijs prioris matrimonij: non enim eas perdit, sed tenetur restituere post mortem suam filijs prioris matrimonij: quæ distinctio recte procedit, & vera est: Neque obstat quod idem Palat. Rub. prius in eadem rubricæ. §. 50. num. 34. ad fin. & num. 35. videtur sibi ipsi in hoc de referuatione contrarijs, vel saltem relinquit cogitandum, quia non reperit tactum per aliquem, quem viderit: quia nihilominus in vltimo loco, nempe in dict. §. 67. num. 16. affirmanter tenet, quod prædictum per dict. l. expresse fore, quod melius tenetur, si recordatur dict. l. 26.

Non obstat auctoritas Telli Fernandez, & Pelæz, quos in patronis suæ sententiæ adducit Aluar. Valasc. quia ipsi loquuntur, quando mulier non nupit secundo, tunc namque meritoque possit meliorare in arthi filium, quem voluerit, sicut in reliquis suis propter bonis contra Roder. Suar. vbi supra, contra quem etiam nos tenuimus, & late probauimus cum alijs, matrem nempe ea in specie facere posse præ meliorationem: & nos in hoc sequitur Molina Theologus vbi supra. colum. 1164. in versicul. de arthi.

Poterit ¶ tamen opinio Aluari Valasci sustineri in suo Regno Lusitania, vbi lex Paritæ non viget: nec seruatur de consuetudine dict. l. femine, in prima parte, de referuatione lucrorum pro filijs primi matrimonij, vt affirmat, se accepisse ab antiquis Senatoribus, cum tamen in his nostris Regnis seruatur, & legibus Regni sit approbata.

Vltimo ¶ non possum sententiæ eidem Molinæ Theologo vbi supra, disputatione 431. col. 1166. in versicul. nos autem, quatenus irrationabile, & iniustum esse censet, æquale pretium statueri viuis illius omnibus æqualium reddituum annuorum, sed pro ætate, & valitudine eius, lib. IV.

16

in cuius vitam conceditur, & pro alijs circumstantijs concurrentibus taxandum esse valorem, ac pretium illius iuxta a se tradita dispositione 388. Idem que cenlet in taxando valore maioratus ad vitam eum possidentis, vt intelligatur quantum artharum in Castella, ac Lusitania Regnis promitti possit, quidquid rei postea probet euentus: Siquidem difficilimum esset taxare eo modo, quo assidet pretium reddituum annuorū vitalitiorum, ac pene inextricabile: & præterea in his Regnis iustum pretium ipsorum a Rege nostro Philippo lege generali taxatum est, & sic mil el millar, vt cauetur in Regia pragmatica, super hoc lata in Madrid, anno 1583. cuius memimus vbi supra, & habetur hodie in l. 8. titul. 15. libr. 5. nou. collect. Reg. & me ad hoc refert Molina Theolog vbi supra dicit. dispositione 388. & dispositione 431. colum. 1160. Quo stante subfiteri non potest in his Regnis quoad arthas præfata eius vltima opinio: Sed imo redditus maioratus, quoad hoc, estimandi, & computandi sunt ad rationem vnius pro octo, secundum sententiam Molinæ Iuristæ, prout solet secundum ipsum quotidie intelligi, & præcitari, vel ad rationem vnius pro septem, iuxta meam sententiam, & computationem. † Sponsalitiū autem largitatem a priori viro acceptam, absq; dubio tenetur vxor ad secundas nuptias transiens, referuare filijs prioris matrimonij, quia est vera donatio, vt cum Anton. Gomez, Matienç. Ayora, & Molin. tenet Thom. Sanchez vbi supra, num. 4.

SVMARIA.

- 1 Sponsus, vel maritus an nomine dotis, & in dotem possit promittere sponsa, vel vxori vltra decimam partem suorum bonorum, & per totam quæstionem resoluatur negatiue contra Ayoram, vt in n. 4. & 5.
- 2 L. i. titul. 2. libr. 3. for. prohibenti dari arthas vltra decimam partem bonorum eas promittenti ratio hic assignatur.
- 3 Dotis constitutio a viro facta mulieri fieri solet ex eisdem causis, ex quibus artha constituitur, nempe in præmium nobilitatis, virginicatus, vel pudicitia, aut ætatis, esseque donatio remuneratoria.
- 4 Dos, quam assignat maritus vxori, non est taxata a iure.
- 5 Confectio mariti senis, vel ignobili de dote recepta a muliere iniuri, vel nobili animo dotandi eam valet, & tenet, absq; eo, quod opponi possit exceptio non numerata dote, & statim præiudicis, & num. 7.

In eandem lege. titul. 2. libro 3. fori.

QVÆSTIO. LXVI.

**Q**UÆRO, † l. i. titulo 2. libr. 3. fori leg. cauetur, quod nullus possit promittere arthas vltra valorem decimæ partis suorum bonorum (id, quod legibus nouioribus nouæ collectionis Regiæ confirmatum est, & in praxi obseruatur). An maritus tempore contractus matrimonij possit vxori promittere in dotem vltra decimam partem suorum bonorum, & an valida sit huiusmodi promissio, necne?

Et videtur primo, non valitum, quia alias fraus fieret prædictæ legibus, si quod via via prohibetur, altera permitteretur contra regulam iuris vulgaris, scilicet, de nihilo feruiter eorum prohibitio.

Secundo, & deinde, quia nihil interest in proposito, quod nomine dotis, vel artharum promittatur vltra decimam partem bonorum promittentis, quando quidem vtroque modo exceditur meta legis fori.

Tandem, † & tertio, quia lex illi fori in præfata sua taxatione artharum, eiusque vltiori prohibitione subuenire voluit cæco amori, quo mariti spoliare se solent bonis suis, ea tribuendo vxoribus in arthas, & in sponsalitijs largiuntibus, vt in terminis eiusdem l. 8. l. 52. tant. considerari nouissime, & recte Molin. Theolo-

gus in 2. parte de iustitia & iur. dispositione 431. colum. 1163. in fin. & in principio sequenti: Sed hoc bonum non consequentur, si per viam dotis, vltra decimam partem bonorum suorum, mariti promittere possent vxoribus suis futuris, vel presentibus. Ergo hoc non licet, quia non dubium est, contra legem facere, qui verba legis amplexus, contra eius nictur voluntatem non dubium, in princip. C. de legib. cum similibus. Quod contra dco iam matrimonio a fortiori videtur prohibitum, quia censetur donatio facta inter virum, & vxorem, quæ regulariter est prohibita, vt in toto titulo. C. & ff. de donat. inter vir. & vxor. Imo nec valet etiam inter sponfos, si confertur in tempus contractus matrimonij, quia confertur in tempus prohibitum l. 1. & l. quod sponsa. C. de donat. antenupt.

Quarto, † & vltimo, quia similis dotis constitutio a viro facta mulieri, fieri solet ex eisdem causis, ex quibus arthas constituitur, nempe in præmium nobilitatis, virginicatus, vel pudicitia, aut ætatis, cum vir sit senex, ipsa autem pube, alijsve causis, ideoque loco artharum assignantur, imo in idem tendit, nomine tantum mutato: Ergo non est curandum de nomine, sed de substantia, & ratione, ob quam actus sit, veritatisque est standum, & iuxta eam iudicandum: præsertim quia in præd. specie fraus præsumi potest, eo quod nomine artharum promitti non poterat vltra decimam partem bonorum promittentis, argumento optimi text. in l. qui testamentum 27. ff. de probat. vbi, quando quis legat alteri tantquam illi debitum, nec vt debitum petitur, nisi probetur debitum, nec vt legatum, si legatus erat incapax, & talis confessio debiti videtur facta in fraudem legat, vt patet ex sine illius text. ibi, videtur enim, eo quod ille plus capere non poterat, in fraudem legis hac in testamento aduocasse: Ergo ita in proposito dicendum esse videtur, quod cum maritus non possit artharum nomine plus decima parte suorum bonorum promittere, nec mulier accipere, prohibentibus, ac resistentibus legibus Regiis, si per viam dotis vltra eam metam promittat in fraudem earundem legum, id promississe censendum erit.

Accedat, & quinto, quia si diuersa hæc essent, sequeretur inde, quod maritus possit dotem promittere sponsæ, & præterea decimam partem bonorum suorum nomine artharum illi dare: hoc autem esset absurdissimum, & contra verba, & mentem legum, quia hæc omnia vnum sunt, ergo non est dicendum.

Nihilominus † tamen contrarium in terminis nostre quæstionis tenet, & probat Ayora Aduocatus Granatensis in suo tractatu de partitione. l. pars. cap. 7. num. 30. seqq. fundamentis.

Primo, † quia in dote, quam assignat, vel dat maritus, vel extraneus mulieri, non est meta, nec taxa de iure communi, vt in l. nulla dote C. de iur. dot. nec etiam iure Regio, quamuis ea ad ius, quam patet dari filijs, iuxta l. mariti.

Secundo, quia non obstat, quod in præmissis specie videatur facta donatio inter virum, & vxorem, quæ est prohibita, etiam inter sponfos, si confertur in tempus contractus matrimonij. † Quoniam Barr. in l. si diuorij, numero 4. ff. de verborum obligation. tenet, quod talis donatio, & promissio facta a marito ipsi mulieri, valet in prædictæ casu, quia est donatio remuneratoria in præmium nobilitatis vxoris, quæ donatio, scilicet, remuneratoria, non est prohibita inter virum, & vxorem, vt in l. quod autem, §. si vir. ff. de donat. inter vir. & vxor. & cum Barr. transeunt Cuman. Alex. & Iaf. qui plures alios refert, & loquuntur hi omnes auctores, quando homo diues ignobilis ducit vxorē nobilē feminā sine dote, cōsuetudo, se recepit dote, quā nō recepit, sed animo dotandi eā, id confertur, quasi in remunerationē, & compensationē sūe nobilitatis, & sic; cōmuni opinio, vt plures allegans,

allegans, resoluit Beccius consilio. 79. numero 4. & ante eum Doctor Courru. in quarto 2. part. cap. 3. §. 3. numero. 2. vbi numer. 4. quod solet appellari hæc donatio dotis constitutio a marito vxori facta. *Tantus conuulsus Ayora, que valda la dote que el marido diere, y promettere a la muger por las causas dichas: animo donandi: Anque exceda en qualquiera cantidad del diezmo de sus bienes, y que los conuulsos le faseran a la muger la dicha dote.*

Quæ opinio, si vera est, procedet etiam eadem ratione, si mulier aliquam dotem secum deferat ad matrimonium: nec non, & quando vir eius nobilis est, ipsa tamen est nobilior, vel, si ipsa sitiuens, ille vero promittens ætate, tandem in remunerationem cuiuscunq; iustæ causæ, vt constat ex supraddictis Auctoribus, & communi opinione supra citatis.

Quinimo † non solum valet donatio ex causa supraddicta, sed etiam confessio dotis receptæ, iuxta glossam. 1. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. quali confessio illa sit facta animo donandi, & in compensationem nobilitatis, vel iuuentutis, secundum Barr. & D. ceteros vbi supra, quam gloss. inquit sequi communiter Doctores, Bald. Nouellus in tractatu de dote, part. 10. colum. 4. versiculo constante autem, sub numero 3. Eamque memorabilem, & communiter receptam vocat Curt. Junior, consilio. 6. circa has numer. 20. in versiculo, secundo præmitto, & eam tenet Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 31. num. 3. dicens, quod talis confessio præiudicat marito, & hereditibus eius, quod etiam affirmat Soci. & communiter receptus in l. 1. num. 72. ff. solut. matr. Et hanc opinionem communem quoque dicit Tiraquel. in tract. nobilit. cap. 38. num. 10. ad fin. addens, quod licet sint, qui contrarium tenent, & multis quidem rationibus: tamen abunde eis responderet Iaf. in d. l. si diuorij, sequitur etiam plures refertens Thom. Sanch. de matrim. l. rom. lib. 6. disposit. 9. nu. 8. Communem etiam testatur Iul. Clar. lib. 4. sentent. 8. donatio. quæst. 9. vers. sed pone, dicens, quod licet hæc opinio in puncto iuris non transeat sine magna difficultate, ea tamen est amplectenda, propter auctoritatem Doctorum sequentium, & communem obseruantiam, & quia est fauorabilis matrimonio, & mulieribus, quibus in rebus honestis fauendum est, prout prædicta omnia, idem sequuntur cum alijs refert. Becc. vbi supr. nu. 5. addens ex Paulo Caster. consil. 383. circa primum, quo quaeritur, num. 4. vers. certius casu, lib. 2. quod talis confessio de dote recepta statim præiudicat, etiam si nulla dote danda promissio præcesserit, quia non præsumitur facta spe fauoris remunerationis, & sic exceptio non numeratæ pecuniæ non obstat, etiam si non sit renuntiatum eidem, vel tempus non sit elapsum, nec etiam præsumitur facta in fraudem prohibitiæ donationis, sed ex donatione prohibita, nempe ex causa remunerationis, & quia secundum hanc opinionem consuluit Angel. consil. 5. And. cas. colum. final. vers. finaliter, & iterum in d. l. 1. ff. soluto matrim. cum alijs, quos ibi citat Beccius, & num. 6. post alios tenet, quod animo in dubio huiusmodi confessio præsumitur, facta animo donandi, & remunerandi, quia mulier nubendo ignobili, vel seni, videtur ei minus facere.

His igitur obstantibus, consequi videtur necessario, vt prædictæ dotis constitutio, siue confessio dotis receptæ simulata sit valida, & præiudicet marito, eiusq; redditibus, non solum iure communi attento, sed etiam Regio, quia, vt inquit Ayora vbi supra, etiam de iure Regio: Non aya rassi en la dote que el marido, o otra persona estrarra quisiere prometter a la muger, aunque la aya en los arthas, que es casa de ferente de la dote: & hanc opinionem Ayora sequitur impliciter Doctor Azcuedo in l. 2. nu. 11. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg.

Quid tenendum? Et quidem prior opinio negatiua contra Ayoram, & Azcued. verior videtur, saltem attento iure Regio ex fundamentis supra pro eâ adductis, quæ virgentiora, & concludentiora videntur: De nihilo enim feruiter leges huius Regni præcipientes, ne quis vxori suæ promittere possit in arthas vltra decimam partem bonorum suorum, & quod lex fori de hoc loquens, renuntiare non possit, si per viam dotis, libere ad voluntatem mariti excedi possit. Quamuis enim præfatae leges Regiæ nuncupatim loquantur de arthas, idem est, attentam mente, & ratione legis fori, in dotis constitutione a marito faciendâ in fauorem vxoris: cum vtrumque fiat ob remunerationem nobilitatis, honoris, ætatis, vel virginicatus vxoris, & nihilominus ob has causas, aliasve, similes prohibent leges Regiæ vltra decimam partem bonorum mariti dari ob causam matrimonij. Quod autem expresserint in arthas, & non in dote, nihil interesse videtur, cum non sit curandum de nomine, sed de effectu & causa, ob quam dantur: lex namque non est imponenda verbis, sed rebus, vt in l. 2. C. commun. de legat. vbi, nos enim non verbis, sed in rebus leges imponimus. Cum igitur lex fori ob rationem, quam prædiximus, prohibeat vltra decimam partem bonorum mariti dari in arthas, ne coniuges tuuo amore se spolient, vt inquit Montaluis, ibidem in glossa. & insuper deferat ius petendi, quod vltierus datum fuerit, consanguineis mariti pro eo: consequens sit, vt non ad verba tantum, sed etiam ad eius rationem attendendum sit: Ratio namque sic se habet ad legem, sicut anima ad corpus, vt diximus libro 3. prædictæ quæstio. 17. numero. 83. vbi num. 84. quod vbi cuique locum habet ratio legis, ibi quoque, & ipsius dispositio, & num. 98. quod ex ratione etiam præsumta & coniecturata quælibet dispositio regularatur.

Non obstant modo fundamenta contraria adducta pro secunda opinione, quia fatemur, & attento iure communi, procedere, non tamen idem videtur attento iure nostro Regio, quando arthas vel dote promissa a marito, vel eius præsumta constitutio resulant in prædicta specie ex confessione simulata dotis receptæ excedit metam, & taxam decimæ partis bonorum mariti per supraddicta, infra præfata tamen metam, & taxationem valebant.

Nihilominus tamen prior opinio præfata difficultate non caret, ex eo quod correctio iuris communis in dubio non sit inducenda, nisi expresse fiat, vt alibi sepissime probauimus, & aliud est dotis promissio, aliud vero artharum. Vnde cum dote promissio facta a viro futura vxori vltra decimam partem bonorum non reputaretur expresse prohibita, videtur valida esse, nisi forte, in fraudem legis prohibentis promissionem artharum vltra decimam partem bonorum proberetur facta. Proculdubio autem fraus non præsumitur. Dos autem constituta per virum vxori, an extrahenda sit de toto hereditatis corpore, vel potius de ea parte, de qua potest maritus, habens necessarios heredes, libere disponere, agit late Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 6. disposit. 8. per totam, in primo tomo.

SVMARIA.

- 1 Mora purgatio, attento iure canonico, eiusque acquisita, an admittatur in dispositione iurata, & vbi alia non poterat mora purgari: & per totam quæstionem pars affirmatiua probatur, & defenditur a caussa Molina Theologi, vt in num. 2.
- 2 Iure Regio deficiente, potius in huius Regni recurrendum est ad ius canonicum, quam ad ius civile Imperatorum, vel Iurisconsultorum.
- 3 Purgatio moræ in causa civilis, & in criminali, intra quem terminum admittatur?
- 4 Lex 17. & lex 18. titulo 12. partiæ 5. intelligitur.

- 6 Mora in contractibus, ubi non est dies, & pena, usque ad litem constitutionem potest purgari.
- 7 Mora purgari non potest de iure communi, quando contractus est iuramento confirmatus.

QVÆSTIO LXVII.

VERO ¶ An attentio iure canonico eiusque aequitate, in dispositione iurata, & ubi alia non poterat mora purgari, admittatur purgatio, si ius actoris non sit factum detestari?

Hanc quaestionem late examinavimus in nostro tractatu de iuramento confirmator. 3. part. cap. 17. num. 5. cum sequentibus. ubi resoluti cum communi opinione, locum esse in præd. specie purgationi moræ, ex text. in cap. suam, de penis, iuxta eius communem intellectum, allegavimusque duas glossas iuris canonici pro hac parte, & quam plures Doctores eam tenentes. Adduxi etiam Gregor. Lopez in l. 8. tit. 14. part. 5. gloss. 2. ad finem dicentem, quod ista limitatio in his Regnis erit magni effectus, quia cum per leges partitatum non reperitur expresse cautum, quod ubi est dies & pena, non admittatur purgatio moræ, & sic deficiente iure Regio, potius sit recurrendum ad ius canonicum, ut tradit Palat. Rub. in introductione repetitionis, cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. in versu. idem videtur dicendum, admittitur moræ purgatio, sequendo æquitatem canonicam, & hoc dicit menti tenendum, quamvis iure communi civili sit dispositum, quod ubi est dies, & pena, non admittatur moræ purgatio, iuxta text. in l. trahiticia, §. de illo ff. de action. & oblig. l. magnam. C. de contrab. & committ. supular. & communem opin. quam adduximus ubi supra. num. 9. & tandem dixi, veram mihi esse præfatam opinionem Gregor. Lopez, retulique causam civilem gravissimam, quam per præd. opinatus sum, fuisse de cistam in Regali Cancellaria Vallisolet. duabus sententiis conformibus, quibus fuit admilla purgatio moræ, quamvis appolite fuerunt dies & pena.

Hæc cum ita se recte haberent, placenterque legentibus, & consulentibus, superuenit nouissime, plusquam 24. annis iam elapsis Molina Theolog. qui his temporibus in lucem edidit secundam partem de iustitia & iur. & in dispositione 564. column. 2033. ad finem, & columna sequenti. referens tantum Gregor. Lopez, & nos ubi supra, plus debito rigore vtens, & modestia, æquitateque regularis oblitus, neutram opinionem ex supradictis veram esse existimat, dicens, falsum item esse, quod Gregor Lopez, & nos secundo loco ex priore nostra opinione intulimus, dicendum esse in hoc Castellæ Regno. Primo, quoniam lex est expressa Partitatum 35. titul. 11. part. 5. quæ idem statuit, quod iure Cæsarico, statutum est, quando dies certa, & pena est appolita. Secundo, quoniam falsum est iure canonico in eo euentu locum esse purgationi moræ. Tertio, quoniam falsum est, insufficienterque a Palatio Rubeo, probatum, in hoc Regno Castellæ potius esse standum dispositioni iuris canonici, quam civili, quando, quod definitur, non spectat ad materiam peccati, & ad fidem, & ad religionem, sed agitur de re mere civili, præsertim quando iure canonico aliqui statuitur solis Ecclesiasticis, quia id eorum statui debet, quale est quod habetur in cap. suam, de penis, hac Molina ubi supra.

Verum si Patet hic omnia attente circumspiceret, nec adeo se contra communes nostrorum Doctorum sententias & traditiones passim proiceret, solo suo ingenio fatus, (quamvis acuto) profecto non ita facile eas abiiceret, falsas esse asserendo, cum tamen sint gravissimorum virorum iudicio communi firmate, ac satis probate, quasi omnes decepti, lapsique sint, & ipse solus veritatem attingeret: meminisset tamen, quod sit homo, & pulvis, sicut & nos, & quod ita potest in his errare, sicut & alii, nec se extollat: Obseruet præterea, quod nonnulli auctores sunt maxime versati in vtroque iure, & in præ-

xi in forensibus controuersis, & leges in scholiis deglutiuntur, in palatiis vero digeruntur, quia prædica est scientia digestiua, ita Bald. in l. Aemilius nam. 11. in fin. ff. de minoribus.

Adrem igitur, pro defensione communis, & nostræ sententiæ dico, quod non obstantibus supradictis canillis, sententiæ communis Greg. Lopez, & nostra, in vtroque verissima est, & tenenda ex fundamentis, de quibus ubi supra, quibus non obstant in contrarium adducta, ut patet ex sequentibus. Imprimis, quod de æquitate canonica possit semper mora purgari, tenet glo. 1. in cap. apud misericordem 30. quæst. 1. a nobis citata, cuius hæc sunt verba: Si ergo iuratus me ad diem certum soluturum pecuniam, licet post solutum, non petero, quia iam ad veritatem redeo: sicut si sub pena promissit aliquid, nec solui, pena commissæ est, sit amittit postea solui, liberor a pena: Quo igitur modo dicere potuit Molin. quod hæc glossa parum, aut nihil vrget: dixi etiam, quod idem tenet glo. in cap. Beatus, verbo maioribus, 22. quæst. 2. non tamen eam adduxi pro expressa, citauit etiam quam plurimos Auctores hanc eandem opinionem tenentes per prædictas glossas, & adduxi alios, cum communem, & magis communem asserentes, eamque probari per text. in dict. cap. suam, de penis, iuxta eius communem intellectum, prout vere potest, & debet intelligi, licet alij Doctores aliter illum textum intelligant: Nonne hoc sufficit ad probationem communis sententiæ, & vt in præd. sequenda sit? Quare igitur Molina se opponit communi Doctorum torrenti, idque scriptum reliquit, vt forsitan alij a communi, & tenenda sententiæ immerito discedant, præsertim cum nullo iure suam probet, sed tantum nitatur respondere ad dict. cap. suam, dicens, quod loquitur inter personas Ecclesiasticas, in quibus non deest cupiditatis, & auaritiæ species, vel que ditari aliena iactura, sed contentæ sint parte duntaxat penæ, quæ ibi narratur, nec plus ex eo text. colligitur.

Hæc autem responsio infirmior est profecto, siquidem, & sit text. ille inter personas Ecclesiasticas loquatur (prout debet loqui, vt iure iurisdictioni Ecclesiasticæ subiectas) non tamen solum ea ratione inicitur, quod non deceat Pontificalis modestiæ obliuisci: sed etiam quod esset inhonestus quaestus ille, de quo ibi, & cum aliena iactura: quæ profecto ratio, & æquitas canonica (si placet) omnibus conuenit, eosque comprehendit, atque benigno quadam iure ab eis obleruari debet. Cum igitur hæc æquitas in specie sit scripta, consequitur, vt rigori iuri civili contrario præd. æquitati (quod habet, vt, qui certam quantitatem ad diem sub pena promissit, si partem soluat, propter non solutam partem vniuersam penam debeat pendere, vt in l. suppositionum 5. §. si fortem. ff. de verb. oblig. cum simul.) præcedenda sit ex regula iuris vulgari: faciant tradita per eundem Molin. ubi supra, disput. 575. column. 2138. in vers. a ceteris: ubi docet, quod ab illis, quæ placita, ac mentes continent iuris consultorum, siue docendo, quid natura iplari habeat, siue, quid censendum, iudicandumque sit, suppositis alijs politis iuribus, licet non facile, imo ægerime admodum, sit recedendum, nisi illis similiter derogatum sit posteriore iure, aut consuetudine in contrarium: non tamen ita tenaciter est illis in hærendum, vt contrario iuri, quod plus continet æquitatis, aut rationi, quæ manifeste iustitiam, & æquitatem innititur, non sit potius standum.

Accedat præterea, quod Pontifex in dict. cap. suam inhonestum quaestum iudicat, ac censetur, de quo ibi, quamvis iure civili licitus esset, vt prædiximus: Ergo standum potius est in hoc iuri canonico, etiam quoad laicos, quam iuri civili Romano-rum.

Vera igitur est, & tenenda præfata nostra communitas, & magis communis sententiæ, & est concors, & in fine

sine controuersia, vt nobiscum sententis tenet nouissime Anton. Pichardo in sua disputatione de moræ. num. 155. ubi in 109. quod a communibus his traditionibus iudicando, & consulendo recedendum non est.

Ex quibus profecto sit verissimum, quod Gregorius Lopez & nos secundo loco ex prædictis recepissimam sententiæ intulimus, atque deduximus: nempe, quod eam per leges Partitatum non reperitur expresse cautum, quod ubi est dies, & pena, non admittatur purgatio moræ, & sic, deficiente iure Regio, recurrendum sit potius ad ius canonicum iuxta sententiæ Palatii, Rubei admittitur purgatio moræ sequendo æquitatem canonicam, etiam in foro laicali, etiam in casibus, in quibus de iure civili Romano-rum non admittitur, dummodo ius actoris non sit factum detestari, & ita reclus hæc perperis, hanc etiam sententiæ Gregor. Lopez & nos statim amplectitur, & protulit probat Anton. Pichard. ubi supra. num. 107.

Neque his obstat d. 15. titul. 11. part. 5. quam dicit Molina esse expresse idem tenentem quod iure Cæsarico statutum est, nempe, quod si dies est & pena, non admittitur purgatio moræ, quoniam lex illa in sui principio, quod iure expresse agit de promissionibus, ubi est dies & pena, non tamen agit de purgatione moræ, vt agere censuit Molina Sed non est ita, vt ex inspectione eius littere patet, quia non dicit, quod promissor post lapsum dies offerret solutionem, quod est, motum velle purgare: & ita recte affirmat Gregorius Lopez, & nos cum eo, quod per leges Partitatum non reperitur expresse cautum, quod ubi est dies, & pena non admittatur purgatio moræ, cum tamen Gregorius Illarum legum maxime versatus esset in eis.

Similiter non obstat alia obiectio, contra nos facta per eundem Molinam dicentem, falsum esse iure canonico in eo euentu locum esse purgationi moræ, quia imo hoc verissimum est, & ab omnibus approbatum, statum commune intellectum d. cap. suam, de penis. tenendum & sequendum.

Quod tertium de opinione Palatii Rubei, dum tenet, quod deficiente iure Regio potius recurrendum sit in his Regnis ad ius canonicum, quam ad civile Imperatorum, vel Iurisconsultorum, respondeo, verissimum hoc esse, & communiter sequitur a nostris Doctoribus Cohispanis, & sufficienter probatum: Quare igitur Molina nullo fundamento nisus, sed ex capite inquit, esse falsum, insufficienterque probatum a Palatio Rubeo: Quod autem sufficienter probatur a Palatio Rubeo, patet ex ipso in princip. repetit. rubrica. num. 15. & 16. quia inquit, ius canonicum in hæret iuri diuino, & ius Imperatorum sunt omnes populi & nationes, sed ius Imperatorum non viget vbi que locorum, & maxime in Curia Regis, ubi ius civile non allegatur pro auctoritate, sed solum pro ratione, vt ibi probat, & deficiente iure communi, leges non dedignantur sacros Canones imitari, cap. 1. de oper. noui mensuratione. Et ibi Doctores notant ex eo, quod cum in foro civili status est dubius, iuri Pontifici standum est, & non est inter verum que ius leui causa differentia facienda, quos refert, & sequitur Menoch. lib. de arbitris. iudis. quæst. 30. num. 3. Ergo cum ius Regium dicatur ius commune in his Regnis, vt ex Regis legibus hoc probat, & tenet Ignatius Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz. in præd. crimin. canonic. c. 4. ad fin. ubi ius autem Regni: & non habemus legem Regiam probantem, quod ubi est dies, & pena non admittatur moræ purgatio, vt prædiximus. Quintimo de iure canonico repetimus contrarium decessum in d. cap. suam. de pen. iuxta eius communem intellectum, qui est sequendus, consequitur de primo ad vltimum,

quod ad præfatum ius canonicum in hoc recurrendum sit, etiam in foro seculari per supradicta: Et hæc de probatione, & veritate opinionis Palat. Rub. De eius autem auctoritate patet, quia notoria est, & cum in hoc sequuntur communiter nostrum Dd. Cohispani, vt constat ex Ioan. Barahona, eius additione sub littera L. & Didac. Perez latissime differente quaestione, ac per vtraque parte, in quæst. 3. proomial. sua prima parte, in leges Ordamenti veteri. & ante cum Gregor. Lopez ubi supra. & Paz in sua præd. princ. adnotatione 5. sub num. 30. ubi plurimos refert, & nos ubi supra, necnon, & Anton. Pichard. ubi supra, num. 107. & Ignatius Salzed. ubi supra. in fine illius addition. nec scio aliquem contradicentem, nisi solum Molin. ubi supra. sine aliquo fundamento.

Ad proxim Regal. Cancellariæ Valli soler. a me relatum, ubi supra. responderet Molin. column. 2030. congruere cum dictis a se disput. 547. Si tempus secundum fidei solibus datum fuit duorum mensium, aut maius: nam in tra æquale tempus purgari mora illa potuit, vt ipse dixit d. disput. 547. probeque iudicatum fuisse præsentatione rei post duos menses fuisse purgatam eam moram: quare infert ipse, non habuisse sententiam illam vim, ex eo quæ æquitas canonica, & non civile ius lenata sit, vt ego auro: sed in dispositione merita iuris cuius. Ego vero eius conditionem non admitto, quia nulla vis fuit facta in tempore dato ad præsentationem faciendam sed in eo solum, quod non factum ius detentis, ventatis, & æquitati stando, excluso rigore iuris cuius.

Siquidem si in causa civili, prout erat illa, tantum permititur moram purgari post tres pluresque dies arbitrio iudicis, vt in l. si post tres menses a gloss. ubi ff. qui cau. & l. 36. tit. 11. part. 5. quam in civili penione, recte intelligit ibi Gregor. Lopez gloss. 1. in causa namque criminali, de qua hic non agimus, procedit. l. 17. titul. 2. part. 5. permittens intra æquale tempus moram purgari, vt patet ex eius principio, ubi, accusado siendo alguno ome sobre algun mal hecho: & ibi, a aquel se acusa: & ita late probat & tenet Greg. Lopez ubi gloss. 1. sic intelligens, & dilutingens eam d. l. 36. a celu d. l. 17. & idem Gregor. in d. l. 36. in gloss. querella del. Neque obstat, quod ab hoc eodem intellectu videatur postea recedere, idem Gregor. Lopez per text. ubi in l. 18. eodem titul. 2. part. 5. in gloss. final. quatenus d. inquit: Mas si aquel por quien fuisset facta la fiancatura deue alguna cosa dar, o fazer, sobre qua era o implacado de uela pechar, o fazer el fiador con los dadi, se mensurables. Et: El pecharlo esto no es tenudo de la pena a que se auia obligado, pues que lo defendia en juicio, fassa que la sentencia fueda mala. Ergo vniquit Greg. Lop. ibi ex his verbis videtur innui, quod lex præcedens hoc est, d. l. 17. & etiam ista locum habeant, & si fideiussor fuisset assumtus in causa civili, & quod verba posita in princip. legis supra proxime (scilicet, accusado siendo) non requirant de necessitate, quod causa sit criminalis, sed quod gratia exempli sunt posita, vt ibi latius coniectatur.

Quoniam si respondemus quod etiam si d. l. 17. loqueretur aut saltem procederet quocumque fideiussore si iudicium in iudicio ex causa civili, prout in vtroque loquitur d. l. 18. at tamen eadem leges in diuersis casibus, quoad cetera loquuntur. Dicit namque l. 18. loquitur non cuparim, quado fideiussor prædict. suscipit se defensionem rei non præsentari, eumque defendit in iudicio, vsque quo sententiæ lata fuit: tunc enim soluendo condemnationem cum damnis, & diminutionibus, liberatur a pena: siquidem soluit omnem illud ad quod erat obligatus reus principalis, quem ipse defendit, ac si ipsemet reus præsens fuisset. idem quoque soluisset: & hæc est ratio expressa illius decisionis, vt patet ex fine illius legis, ubi: Pues que lo defendido en juicio, fassa que la sentencia fue dada: At vero in casu legis præcedentis, hoc est d. l. 17. non fit vlla mentio, quod fideiussor

si ceperit defensionem rei, unde declarari debet, & limitari per legem sequentem, ut procedat, praeterquam si si defensionem defendisset, & debitum cum damnis & diminutionibus soluisset. Et ita sunt intelligendae, & concordandae illae duae leges Paritae, ut patet ex ipsis, & veniuntur legum tam viciniam correctio, argum. text. in cap. cum expediat, de elect. lib. 6.

Quibus sit, ut sententia illa, & executoria lata, culus memini, ubi supra, non tantam vim habuerit a iure civili, cum id ibi repugnaret, ex eo quod praedicti secundi fideiussores reum non defenderunt, sed imo eum in iudicio soluerunt duobus mensibus post terminum contentum, siue concessum, iam elapsis, imo & videbatur in pena incurrisse iuxta d. l. 17. quam attendit aequitate Canonica non obstante, quod in praedicto termino reum debitorem non produxissent.

Nec hie fletit morlus eiusdem Molinae contra nos. Siquidem disputat. 564. colum. 238. in versicul. Gutierrez. inquit, nos d. cap. 17. num. 1. indistincte dicere, in contractibus, vique ad lapsum contestationem posse moram purgari, & non post, ut in l. si insulam, ff. de verb. obligat. & l. 37. in fin. titul. 11. part. 5. cum tamen in his iuribus (ut ipse inquit) solum sit sermo, quando nec poena fuit apposta, nec certus terminus fuit praefixus ad impletionem, & postea tenet etiam contra nos, ubi supra, num. 2. dum ibi resoluimus cum communi Doctorum sententia, quod si contractus fuit in iuramento confirmatus, teneri debitorem ad terminum promissum eum adimplere, neque postea posse moram purgare, arbitratus ipse in ea specie, quod licet huiusmodi iurans petens sit, nisi illud, si possit, adimpleat, iuxta formam contractus, & iuramenti: iuramentum tamen non impedit moram purgare, quando si iuramentum non fuisset adhibitum, purgari posset, ut ipse contra nos alias probavit disput. 453. circa emphiteuticum contractum. col. 1275.

Quoad primum namque respondemus nos in d. c. 17. num. 1. tantum agere in casu d. l. si insulam, & d. l. 37. nempe ubi non est dies, & poena: at haec sunt apposta, agimus ibidem num. 9. quorsum igitur nos mordet, & de defectu arguit.

Quoad secundum, nempe quando contractus iuramento est confirmatus, quod de iure communi non possit mora purgari, est communis Doctorum sententia, quam nos sequuti sumus, attento iure civili, probata in l. si quis maior. C. de transactio. qua non solum procedit in casu particulari transactionis, in quo loquitur, sed generaliter locum habet ubique obligationi accedit iuramentum, ob religionem iuramenti, iuxta receptissimam Doctorum sententiam, secundum quam fuit pronuntiatum in Consilio Neapolitano, ut ibidem docuimus num. 4. Non igitur audiendus est Molina, sine aliquo virgini fundamento, tenens contra praedictam communem sententiam, nec etiam in eo de emphiteuta iurante, cum communi, & nostra sententia habeat etiam contrarium in ea specie. Qui ergo ad certamen properat, fortioribus armis opus est, ut contendant.

Potuit autem idem Auctor suam quam vellet probare opinionem aduersus nostram, & etiam communem sententiam, eamque pro captu fundare, sed cum modestia religiosa, idque non passim. Haec sufficiant pro more, & post haec scripta decessit, & putrescit, & in puluerem conuersus est d. P. Molina, ut mihi pro certo nuntiatum est. Requiescat in pace.

SVM M A R I A.

Mulier postquam semel agnouit bona quaesita siue superlucrata constante matrimonio, an possit postea penitere, & reuocare acceptationem lucrorum a se factam

nam praeterquam multitudinum debitorum posse apparet, abstinendo se a praedictis bonis, eaque reuocando, & per totam quaestionem resolutur negatiue, ut in l. 2. cum segg.

Contractus ab initio sunt voluntarij, ex post facto vero necessarij, non enim licet recedere a contractu, ex quo semel est ius quaesitum alteri in eius praedictum.

Creditoribus hodie in his Regnis directe sine cessione possessionis agere pro suo debito contra emitorem fundi, ut ex pretio ipsius illi facti fuerit.

Mulier, & rusticus non conueniuntur, nisi in casibus a iure expressis.

Declaratio voluntatis, vel alicuius ambigui fieri non potest, nisi semel, sique variare non potest quis, etiam si sua inserit.

Maior viginti quinque annis non admittitur ad reuocandam suam repudiationem, vel aditionem hereditatis sibi delata.

Heres, quemadmodum per aditionem hereditatis tenetur ex quasi contractu omnibus creditoribus, & legatariis: ita etiam mulier acceptans bona lucrata constante matrimonio, ministerio legitime tenetur obligata ad solutionem medietatis debitorum, qua fuerunt contracta durante matrimonio.

L. Syechus, qui meum erit. ff. de leg. 1. loquitur in legato conditionali, non vero in legato puro.

Relatum, quod, vel, qui inuenit verbo futuri temporis, importat conditionem.

L. si seruis legatus. 11. §. qui quinquag. ff. de legat. 1. intellectus.

Mulier acceptans lucra, & approbans, & consentiens rationes, & calculationes factas per heredes mariti cum creditoribus, necnon & reliqua, proculdubio penitere non potest, reuocando praedictam acceptationem: multoque minus si penes se haberet iam suam partem lucrorum, ut in num. 13.

Mulier minor 25 annis restitui potest aduersus agnitionem lucrorum a se factam, si ex ea laesa fuerit: seu si esse maior, etiam data enormissima lesione.

Q V A E S T I O L X V I I I.

Quaero, an mulier postquam semel agnouit bona quaesita, seu superlucrata constante matrimonio possit postea penitere, & reuocare acceptationem lucrorum a se factam praeterquam multitudinum debitorum postea apparentium, abstinendo se a praedictis bonis, eaque reuocando.

In hac quaestione Ayora in suo tractatu de partitione. 1. part. cap. 8. num. 17. inquit: Que si quando accepto esta mager las ganancias, comenzada la particion, pareciesen tanas deudas hechas por el marido durante el matrimonio, que consumiesen todo lo morjado, y montassen mucho mas, puede antes de ser acabada la particion decir, que renuncia las ganancias, y no quiere ser obligada a la mitad de las deudas hechas durante el matrimonio, y que sera valida, y se admitira la dicha renunciacion, para a quo no sea obligada a pagar la mitad de las dichas deudas: inueni contractum esse dicendum: Si la particion estuua fenecida, y acabada, y la muger lleuou, e ouo su parte de bienes gananciales.

Primo, quia licet mulier per acceptationem horum lucrorum teneatur ad medietatem debitorum, quae sunt contracta durante suo matrimonio iuxta leges huius Regni de hoc loquentes: illud tamen intelligitur iuxta mentem eorumdem legum, quando mulier ea bona agnouit, & detulit ad se cum effectu. Prius namque deduci debent omnia debita in necessitate contracta, quam illius ex foecis suam partem lucrorum auferre, non enim lucra dici possunt, nisi deducto aere alieno, homine a alienum, & l. Mulier ff. pro socio: Sed quando mulier lucra non auferret, nec ea vellet, quia ipsa non

non erant, licet prius tacite, vel ex pressis lucra acceptasset, non teneatur ad solutionem debitorum, quando quidem nulla bona acquisita, & superlucrata deserret, quorum causa lex eam obligat ad solutionem medietatis debitorum.

Secundo, quia acceptatio praedictis lucrorum a muliere facta tacite, non ea adit, ut in l. Syechus, qui meum erit, ff. de legat. 1. eis igitur deficientibus, non fuit visa damna acceptare: Ni la perdidas, y deudas que ouiere fechas durante el matrimonio.

Tertio, quia non obstat, l. fin. C. de iur. delib. & per totum, in fine, de obligat. qua ex quasi contractu nasci. & l. pro hereditatis, C. de hered. act. cum similibus, qui loquuntur in herede, qui tenetur per aditionem ex quasi contractu omnibus creditoribus & legatariis: In vxore autem non inuenitur cautum, quod videtur quasi contra herede cum creditoribus per acceptationem lucrorum, imo videtur diuersa ratio herede, quam in vxore. Nam cum herede dicitur quod vniuersum, in quo continentur debita, & credita, aditudo hereditatem, videtur acceptasse tam debita quam credita, quae in hereditate sunt: Vxor vero acceptando lucra non acceptat hereditatem vniuersam, nisi quae in herede non est, sed tantum lucra, quod est quid inueniunt, & particulare, & acceptando simpliciter videtur sub ea conditione acceptasse si lucra sunt in d. l. §. huius & in l. si seruis legatus, §. qui quinquag. ff. de legat. 1.

Haec tamen opinio nunquam mihi placuit nec placent potuit sed potius contraria in muliere maiore viginti quinque annis, ut haec semel agnouit bona multiplicata, licet ante perfectam diuisionem, si hie post teneatur ad medietatem debitorum constante suo matrimonio contractorum, nec possit amplius penitere.

Primo, quia ex praedicta acceptatione lucrorum sponte facta vel ad instantiam heredis mariti defuncti ius acquiritur, non solum ipsi heredi, vel heredibus, sed etiam creditoribus mariti pro soluenda medietate praedictorum, ut patet ex illius Regni, & praesertim communi eiusdem Regni: Sed ius nostrum a nobis sine voluntate nostra a nobis auferri non potest, ex reg. vulg. de hoc nuncupatum agente. Ergo, &c.

Secundo, ex l. si seruis in intro. C. de adion. & obligat. ubi quod contractus ab initio sunt voluntarij, ex post facto vero sunt necessarij, non enim licet recedere a contractu, ex quo semel ius est quaesitum alteri in praedictum illius, a quemto loquuntur in testamento, in princip. & in l. si seruis ff. de fideicommissi. libere. & in l. si in fin. ff. de pactis, Tiraque. late de vtroque retrahit. titul. de retrahit. conuention. §. 1. gl. ff. 7. num. 18. cum sequentibus. Sed mulier hoc eo ipso, quod agnouit praedicta bona multiplicata constante matrimonio, obligatur creditoribus mariti, & tenetur ad medietatem debitorum soluenda ex dispositione legum huius Regni, & sic quasi contrahit cum ipsis creditoribus, cum sciat, vel saltem scire debeat per acceptationem praefatam iure Regio ad id factam esse. Ergo penitere non potest, inuitis creditoribus.

Neque obstat si dicatur, quod praedicta acceptatio lucrorum non fuit facta in instantiam creditorum, quoniam ipsi praesentes non fuerunt praedicta acceptationi, ac proinde ius irrevocabile ipsis non fuisse acquisitum: Poterit igitur eam acceptationem mulier reuocare, quasi cum ipsis non contraxerit, nec ipsi eam agnitionem acceptauerint: quia haec obiectio hodie cessat in his Regnis, stante l. 2. in p. Pariendo, quod non se quis obligat, & l. resolutio lib. 5. noua collecta. Reg. ubi Doctor Acevedo. num. 32. tamen quod licet ante si vendebam tibi fundum meum, ut ex pretio eius satisfaceret creditoribus meis, ut tales creditores contra te agere possent, requireretur, quod

ego eis cederem ad actionem, ut per Bennehat. de more. ar. titul. de decedentibus. num. 9. col. 233. in parnis: Hodie tamen ex d. l. Pariendo. haec cessio non requiritur, sed directe poterunt agere creditores contra emitores talis fundi, pro debitis suis recuperandis, & solvendis ex pretio illius fundi, ad hoc venditi. Et praeterea, quia negati non potest, quin acceptando mulier bona lucrata, videatur eo ipso se obligare ad soluendam medietatem debitorum: semel autem obligatus ad debitum soluendum, non potest amplius delinere esse obligatus, ex dicta l. Regia, Pariendo, &c. licet creditor absens sit.

Tertio, quia ipsa sciens & prudens hoc fecit, cum prauidere posset, & deliberare prius, an sibi expedit, agnoscere bona multiplicata, necne? expectareque tempus, quo perfecta esset diuisio, ad praecipuum melius, an soluto aere alieno, remaneret alia bona superlucrata, necne, & postea ea agnoscere, vel repudiare, & sic cautius negotiari. Sibi igitur imputet, cum sit maior 25 annis, quod praemature ea bona agnouerit, quia mulieri & rustico non habentur, nisi in casibus a iure expressis, ut cum communi docet Menel in l. ne pariter. n. 4. C. de iur. & facti. ignor.

Quarto, quia supra dicta nihil interesse videtur ad hoc, de quo agimus, quid sit incepta diuisio bonorum, & non perfecta, vel quod sit iam absoluta omnino: priore siquidem casu liberum fuit mulieri agnoscere suam partem quaesitorum, vel agnitionem ipsorum in aliud sibi commodum tempus differre: Ergo si agnouit, vel ea renouit, antequam perfecta esset diuisio, sibi praedicta ex suo proprio facto, nec amplius poterit penitere, abstinendo se a acceptatione iam facta, vel recedendo a renuntiatione, posteaquam cognouit, plura bona esse, soluto omni aere alieno, cum esset eo tempore maior 25 annis, & nulla ex capite sibi restitutione competat: alias enim nulla firmitas, aut securitas in hac specie inueniretur, nec minor maiori privilegio gauderet: siquidem maior eodem iure vteretur, praeterquam quod nullo iure reperitur praedicta differentia, quod fiat agnito lucrorum ante perfectam diuisionem bonorum, vel post.

Quinto, quia declaratio voluntatis, vel alicuius ambigui fieri non potest, nisi semel. Sicque variate non potest quis, etiam si sua interest, iuxta gl. in l. quicquid astringenda in verbo secundo promissorum. ad m. ubi, par. ff. de verb. obligat. quam ibi commendant, & sequuntur communiter Doctores, & plura in congre. rens Matien. in l. gl. ff. num. 9. titulo lib. 5. noua collecta. Regia.

Sexto, quod ex text. in l. si seruis. C. de repud. hered. ubi dicitur, quod sicut maior 25 annis antequam adiat, delatam repudians successionem, post quaerere non potest, ita quaesitam renuntians, nihil agit, sed ius, quod habuit, retinet, conseruat. l. 8. ibi: Orrosi decimus, titul. 6. part. 5. Ergo ita, & eodem modo dicendum venit in nostra quaestione, ut mulier agnoscens semel bona superlucrata durante matrimonio: & sic ea iam quaesita renuntians, nihil agat, sicut per contractum si ea renuntiares prius, postea quaerere non possit, ut infra dicemus.

Nec t differentia inter hos casus assignatur per Ayoram ubi supra realis est, sed verbalis: Siquidem quemadmodum heres per aditionem hereditatis tenetur ex quasi contractu omnibus creditoribus, & legatariis, ita etiam vxor agnoscendo, & acceptando bona praedicta superlucrata constante matrimonio, hoc est, las ganancias, ministerio legit, ipso facto remanet obligata ad medietatem praedictorum debitorum creditoribus mariti, non quidem omnibus, sed tantum illis, qui durante matrimonio cum marito contraxerunt, & maritus cum eis, ratione foederatis conjugalis: Non enim est diuersa ratio,